

Apologia Franchini Gafurii Musici aduersus Ioannem  
Spatarium & complices musicos Bononienses.



Ccasionem dicēdi de te prebes Ioānes Spatarie qui  
in alios dicere solitus es. Vnde eo iustius tibi succē-  
sendū est quo acrius futilia effingendo efferata qua  
dā rabie in lucubrations nostras inuectus es: quod  
in nōstri potius laudem cessit: ut cum nostra temere  
damnasse uidearis qui dementiæ proximus es: oēm  
prorsus inscitiam præ te feras quæ reprehensione  
non uacat. Deliri nāq; & petulantis hominis natura  
ea esse dignoscitur ut nisi acri obiurgatione aut fuste aut cathenis reprimatur adeo insolecat: ut sese cunctis præferri putet: & hominis modestiā ac taciturnitatem: timorē aut inscitiam credat. Sed cū hæc ea sint q̄ apud doctos expectationem non habeant: dabimus operam ut exquisitissima doctrina rationibusq; efficacissimis unicuiq; in musica exercitato ueritas elucescat: & is calūniator impudens habeatis quem antea musicorū Bononiensiu schola nō dignouerat. Nūc tua deliramēta iādiu latētia nō qua debeo acerbitate: sed qua solitus sum modestia taxare fas sit. Non .n. abs te quicquā dissimulatum iri arbitror: quod ad depræhendendā ignorantiam tuā pertineat. Plærūq; fit ut qui interpellandi lacerandi ue studio tenentur dum alienam eruditionem insectantur propriam petulantiam prodant. Quo nam pacto conuiciator leuissime ad Parnasi aditum musarūq; lares absq; latinitate peruenire potuisti: qui a uulgari uestigio minime semotus nō modo musicā sed & philosophiam ac mathematicas cæterasq; bonas artes profitearis: cum idētidem nos admonueris hoc est si quando ad te scribere destinassem id omne materna lingua explicaretur q̄si a uulgo non differas. A nullo alio hoste mihi maius bellum indici potuit q̄ ab litterarum experte. Hac tua labe discipulorum mētes inficis: disciplināq; ipsam peruertis. Quod lumina ad uidendum accōmodata mihi non sufficiant: satis est Spatarie eo nos ad prospiciendū peruenisse ut errores tuos ac Bartholomæi rhamis præceptoris tui quos ipse nunq̄ intueri potuisti sedulo complecterer. Cū igitur ea distinguere nesciueris quæ ab eruditis

A



perspecta sunt: relinquatur doctorū uiroꝝ testimonio nos lynceo obtutu  
ueritatē tum græcoꝝ tum latinoꝝ fontibus scaturientē in lucē reuocasse.

**Q**uum igitur adducis in qntadecima descriptione tua sesquiocta  
uam hanc. 9. ad. 8. nouē in partes minutas arithmetice diuisam  
quā a Mathematico mendicasti. Hanc scias diuisionem non esse  
consideratam a musicis si mere arithmetica est: cum non habeat dilucida  
neq; integra interualla sed obscura trāsitionum loca concinitati incōgrua.  
Clarius enim integris numeris ac spaciis nouem sesquatas productiones  
cōtinentem sesquioctauā ipsam Mathematicus tuus annotare potuisset  
deductis. s. extremis terminis reliquos intermedios continuos concingen  
tibus ut hic. 81. 80. 79. 78. 77. 76. 75. 74. 73. 72. Nāq; nume  
rus. 81. ad. 72. sesq; octauā pportionē pducit. At numerus. 81. ad. 80.  
sesq; octogesimalā facit. Sed. 80. ad. 79. sesq; septuagesimā nonā. Nume  
rus. 79. ad. 78. sesq; septuagesimā octauā. Verū numerus. 78. ad. 77.  
sesq; septuagesimā septimā. Numerus autem. 77. ad. 76. sesq; septua  
gesimā sextam probat. At. 76. ad. 75. sesq; septuagesimā quintā ducit.  
75. ad. 74. sesq; septuagesimā quartā est. Sed. 74. ad. 73. sesq; septua  
gesimā tertiā implet. Postremo. 73. ad. 72. sesq; septuagesimā secundā  
perficit proportionem. **Q**uum autem Marcheti Patauini auctoritatē  
in medium deduxisti Bartholomæum Rhamin Beticum præceptorem  
tuum quem irrefragabilem prædicas facile contemnere uideris. Is enim  
primo suæ practicæ post manum Guidonis Marchetum ipsum (quē Ioā  
nes Carthusinus ferula indigentem notat) quattuor marchetis Venetoz  
nūmis uenalem æstimat ac si erroneū reprobet & inutilem. **Q**uod ta  
men Marchetus ipse tonum diuidat in nouē dieses (ut scribis) puto te som  
niasse. Nā si diesis est dimidium semitonii minoris ut Boetius & cōmunis  
musicorū schola proponit. Tonus ipse quattuor minora semitonia ac dimi  
diū semitonii cōtineret qd̄ est inauditū. Tonus nāq; duobus tātū minori  
bus semitoniis pficitur & cōmate ut sexto atq; septimo tertii musicæ Boe  
tius cōcludit. Verū si bene meminerim Marchetus ipse tonū i qnq; dieses  
diuidit ac duabus minus semitoniū notat apotomen tribus quattuorq;  
aliud semitonū instituit quoz alterū diatonicū alterū chromaticū tertiū  
enarmonicū uocat. Hæc tñ toni diuisionē qm̄ falsa est; musici nō admittūt.

Marchetus.  
B. Rhamis.

Ioā. Carthusi  
nus.  
Marchetus.

Nota.  
Boetius.

Marchetus  
reprobatus a  
musicis.





¶ Si autē tonum ipsum nouē cōmata continere existimes ut quidā putāt  
Seuerinus ipse Boetius quōtodecimo tertii musicæ te ferula castigabit. Ibi  
enim pbat Tōnū nouē cōmatibus esse minorē & maiorē q̄ octo. At de iis  
quartodecimo secūdi de harmonia copiose dissertū est. ¶ Georgius an-  
selmus nisi principiū integri systematis harmonici in chorda a proslāba-  
nomene tono depresso quā [ ut Guido descripsit: aut in eius octaua gra-  
uiore instituisset / falsa esset depositio plectri chromatici inter secundā &  
tertiā chordā. s. inter hypaten hypaton & parhypaten hypaton ducti: cū  
solo minore semitonio inuicē distent / & pleetra ipsa secundū ipsum ad di-  
uisionē tonarū spatiorū i maius atq; minus semitoniū inserta sint. Atq; ic-  
circo chromatica huiusmodi Anselmi depositio parū aut nihil a pmixti ge-  
neris depositiōe decimoq;nto primi de harmonia deducti distare p̄cipit.  
Inde semitonia illa chromatica Anselmi & q̄ mathematicus ille tuus in te-  
trachordo huius descriptionis a proslābanomene ad licanon hypaton an-  
notauit nō examuffin chromatica sunt. Nā in unoquoq; tetrachordo chro-  
matico duo grauiora semitoniorū spatia nō implent tonū. ut primo ac scdo  
atq; septimo secūdi de harmonia duce Boetio mōstratū est: quē si p̄ficerēt  
nō chromaticū diceremus genus sed pmixtū: hinc spatiū ipsum esset cōpo-  
situs tonus. ¶ Descripsimus. n. pmixtū genus quo singulos tonos i duo in-  
æqua semitonia maius. s. & minus pleetro duximus partiendos / ut inde in  
unoquoq; tetrachordo hac ipsa partitione tres diatesserō ideas facile ap-  
tiusq; q̄sq; contēplari possit. Adde ut Tritēsimenon chorda huiusmodi  
auxilio (etsi reliquæ tetrachordi cōiunctarū chordæ nō indigeāt) pleetro  
inter licanō hypaton & hypatēmeson ducto integrū diapētes diastema-  
tribus. s. tonis ac minore semitonio / sesquialtero cōcinat iteruallo. Rursus  
pleetro iter proslābanomenon & hypatē hypaton ducto diapason æq̄so-  
nātiā p̄priis & integris diastematibus dupla dimēsiōe correspōdeat.  
Cætera quoq; pleetra pmixte deposita p̄portionalibus dimēsiōibus inte-  
gra inuicē p̄ducēt atq; p̄ficiēt diastemata: quorū p̄gressiones fictā seu acq-  
sitā solent musicā uocitare. Nec tñ putes numerorū proportionēs musicis  
diastematibus congruere / nisi chordæ ipsæ sonabiles iuxta naturalē earū  
cōmensurationem depositæ fuerint / ac numerorum ipsorum differentiis  
chordarum interualla conueniant / ut hoc integro systemate diatonico  
harmonice mediato facile contēplari potest & percipi.

Boetius.

Georgius an-  
selmus.

Duo graui-  
ora spatia i te-  
trachordo  
chromatico  
non integrāt  
tonum.







Rursus cū clericis ecclesiastica quinti toni cantica iuxta ritū Guidonis dia-  
tonice modulantibus minore semitonio sub propria finali descēdere per-  
missum sit: ut octauo primi practicæ nostræ notauimus: Plarisq; tñ placet  
ad depositū usq; plectum inter licanon hypaton & hypaten meson descē-  
dere: a quo si ad tritensinemenon uoce contigerit modulari: iutegra illico  
diapente tribus, s. tonis ac minore semitonio: sesquialtero interuallo cōso-  
nabit ut dictū est. Idem quoq; cōsenties: quū plectrum inter proslábano-  
menon & hypaten hypaton positū quod a parhypate hypaton sesqocta-  
uo toni spatio demissum est: & parhypatesmeson chordā simul pcufferis:  
nāq; tribus tonis ac minore semitonio extremæ ipsæ chordæ hæmiolia di-  
mensione ab inuicē distant. Id quoq; scitu dignū puto si a prima cuiusq;  
tetrachordi chorda totū chordotonū in acutum nouē æquis partibus diui-  
das pars prima plectrū deponet inter secundā & tertiā ipsius tetrachordi  
chordā tono a prima distans. Quod quū a scda cuiusuis tetrachordi chor-  
da totū in acutum chordotonū octo æquis partibus duxeris partiendū fle-  
xo circinō uaristrorsum plectrū depones sesquioctauo spatio iter primam  
ipsius tetrachordi chordā & sibi continuā in graue tono distatē: atq; ita p-  
facile i duo inæq̄lia semitonia maius, s. & minus uel ecōuerso: unūquodq;  
spatiū toni diuisibile est: siue primaria diuisione, s. diatonica: siue secunda-  
ria uidelicet pmixta: uerum in primaria deductione interualla tonoz sim-  
plicita sunt: in secundaria uero cōposita. Et quidē tonus semp in sesqoctaua  
proportione collocat: nec sesquinonū spatium dicit tonus: nā sesqoctoge-  
sima pportione minus est sesqoctauo: sed neq; sesqseptima tonū pducit  
quippe q̄ sesqoctauā ipsam sesqsexagesimatertia pportione transcendit.  
Rursus spatiū sesqoctauū toni potest in duo minora semitonia atq; cōma  
scindi: at cum minimū sit cōmatis spatiū qd auditionis sensu pcipiat ut de  
cimo ac decimotertio tertii Boetius asserit: nullū iteruallū nullūq; discretū  
sonū cōcinitati obtinuit accōmodatū. Verū Baccheus diesim ipsam mino-  
ris, s. semitonii dimidio ductā cōcinitati cōgruere pposuit: quā ennharmo-  
nicæ tetrachordoz depositioni Seuerinus annotauit. Cōgruū pfecto est  
admodūq; necesse: chordaz sonitus aīo atq; auribus notos esse: pereunt  
nāq; soni ipsi ni memoria teneant cum scribi nō possint: ut Isydorus inqt.  
Atq; idcirco chordaz sonoritates ratione & scientia frustra colligunt: nisi  
fuerint usu & exercitatione notissimæ: ad quarum attentionē integrum  
permixtæ dimensionis diagrama hic duximus inscribendum.

Guido.

Boetius.  
Baccheus.

Seuerinus.  
Nota.

Isidorus.



Diuisio toni in semitonium minus & maius uel in duo semitonia minora & cōma: quam permixtum genus uoco: cum chromaticæ extensioni adhæreat a diatonica non recedens.

			2304	Aete hyperboleon.	
Te. hypobolon.	se				
	apo		2592	Paramete hypobolon.	to
	se				
	apo		2916	Trite hyperboleon.	to
	se				
	se		3072	Nete diezeugmenon.	se
Te. diatess.	se				
	apo		3456	Paramete diezeugmenon.	to
	se				
	apo		3888	Trite diezeugmenon.	to
	se				
	se		4096	Paramese.	se
	apo				
	se		4374	Mese Tritesyne.	to
	se		4608		
	se				
Te. meson.	apo		4184	Lydianon meson.	to
	se				
	apo		4832	Parhypate meson.	to
	se		6144	Hypate meson.	se
	se				
	se		6472 <sup>56</sup> 6461 <sup>31</sup>		
Te. hypaton.	apo		6912	Lydianon hypaton.	to
	se				
	apo		7776	Parhypate hypaton.	to
	se		8192	Hypate hypaton.	se
	apo				
	se		8748		to
	se		9216	proslambanomene	





Aeterum in sextadecima descriptione tua quattuor chartarū plenitudine contenta ad ostentationem ingenii multa deducuntur su perflua minimeq; necessaria. Niteris enim probare medietatem hanc .6.5.3. esse harmonicam cum chordæ sonoræ ipsis numeris annotatæ simul tactæ quandam deducant concinitatem quod quidem facile conceditur. Nam extremi termini sonoris chordis ascripti diapason consonantiam sonant dupla cōmensuratione. Inde maioris chorda ad chordam medii tertiam minorem sesquioctogesima proportione semiditonum excedentem. Atq; medii termini chorda ad extremā. s. minoris sonat sextam maiorem (sesquioctogesima tamen proportione diminutam) Quæ quidem tres chordæ quū simul fuerint percussæ bonam concinitatē producent non illam tamen suauissimā medietatē quā tres ipsæ chordæ iis terminis annotatæ .6.4.3. natura concinunt. Hanc precipue medietatem concelebrant harmoniam ut finalem concinnitatem Pythagoras & Plato atq; Aristoteles. Nāq; hæc diapason integris diastematibus constat uidelicet diapente ex .6. ad .4. atq; diatessaron ex .4. ad .3. quibus & ipsa diapason perficitur & dupla pportio pariter coaceruatur. Quod minime dissonat Rhami tuo secundo tertii ptacticæ ubi scribit de hac ipsa medietate harmonica. At diapente consonantia cum tribus tonis minoreq; semitonio impleatur partes duas diastematicas mediata sustinet & concinnas: ditonum uidelicet & semiditonum. Verum quoniā aliquanto asperā producunt concinitatem (& si rationi Pythagoricæ & naturaliconquiescunt) Ptholomeus tamen sensu ac ratione perpendit diapētes spatium in duas epimorias habitudines posse dissolui sesquiquartam. s. & sesquiquintam: quæ & si cōiunctæ sesquialteram faciunt: ut hic .6.5.4. Hinc & diapenten tribus tonis ac minore semitonio productam non tamē sesquiquarta ditonum implet sed & sesquiquinta semiditonum transcēdit. Media itaq; chorda mutuo huiusmodi participata sesquioctogesima dimensione uariata ptrāsit. Hæc q; clarius aperta sunt trigesimo quinto ac trigesimo sexto atq; trigesimo septimo secundi de harmonia: & octauo tertii acerrime disputata.

Pythagoras  
Plato.  
Aristoteles.

Rhamis.


Pythagoras  
Ptholomeus.



In septima autem tua blatratoria descriptione deducis hanc medietatem .1.2.3. ut mere harmonicam per diapentem in graue & diapason in acutum quod non admitto: nam differētix termi



norum nullam habent in proportione cum extremis terminis conuenien-  
 tiam: iccirco nō longe indifferentē ab hac suauissima cōcinnitate. 6. 4. 3.  
 modulationē producet. Rursus quoniā dupla ipsa. 2. ad. 1. supra sesqual-  
 teram ducta nullum habet naturaliter medium numerum quo integre  
 ac rite possit harmonice mediari Harmonicæ huic. 6. 4. 3. medietati  
 cōæquari pari suauitate non potest. Adde q̄ id euenit propter ipsarum dif-  
 ferentiarum (inde & interuallorum) æqualitatem: nam sesquialterum spa-  
 tium in graue æquum est duplo interuallo ei imediate in acutum cōtinuo  
 Arithmetica medietate ducente: ut ex dimensione Systematis tubicinum  
 trigesimo septimo secundi de harmonia liquido constat. ¶ Neq̄ etiam  
 sonoritas amenitate huic æquabitur harmonicæ medietati ex tripla ex-  
 tremorum & differentiarum adinuicem habitudine producta hoc modo



Hic enim qua cōsideratione maximus terminus accedit ad minimum / ea  
 ipsa / maiorum differentia minorum differentiam noscitur custodire / atq̄  
 maiores termini ampliorem seruant proportionem minores minorem: qđ



proprium est mere harmonicæ medietatis: secus in deducta superiore.  
**¶** Damnas insuper uir bone Pythagoram secretorum naturalium exqui-  
 sitorem: q̄ sesquiquartum & sesquiquintum interuallum in integro disdia-  
 pason systemate concinna non deduxerit. Id equidem factum existimari  
 licet propter uarietatem accidentalem quæ ipsis obuenit cum ab integro  
 & proprio diastemate uidelicet a ditono & semiditono sesquioctogesima  
 proportione recedunt. Ipse enim Pythagoras integra diastemata atq; par-  
 tes integras tanq̄ diastematum membra quæ multiplicitate & superparti-  
 cularitate integre deducerentur ad harmonicæ medietatis constructionē  
 natura duce considerauit. Hunc Socrates ac diuinus Plato qui & Dracon-  
 tem Atheniensem & Metellum Agrigentinum in musicis audierat sunt  
 secuti. Aristoteles quoq; & postremo Torquatus Boetius sane contēplati  
 sunt. Inde ipse Aretinus Guido ecclesiasticum cantū diatonice descripsit:  
 sed ante eum sacri Pontifices Ignatius/Basilius/Hylarius/Ambrosius/  
 Gelasius/Gregorius Monodicam ipsam modulationem sacris ac diuinis  
 obsecrationibus ascripserant. **¶** Putet ne suirat ap̄ S ut cancer gradens cu-  
 ius nomina sunt ipso pene timenda sono Prudentissimos Vates assiduis  
 uigiliis & studiis indulsisse: Nihil profecto ommissit antiquitatis diligen-  
 tia. At Rhamin illum præceptorem tuum (te non minus impurum) facile  
 petulātia & ingratitude tua sequi uideris. Is enim si a Ptholomeo sesqui-  
 quartam ac sesquiquintam (ut asseris) elicuerit concinitatem: quoniam  
 authoris testimonio non est usus (pace tua dixerim) quanq̄ culpæ mor-  
 tuos leue sit nō respōsuros fur sane p̄dicat & latro. Tu uero q̄ Gafureis  
 astruccionibus eruditus euaseris (quanq̄ tibi durū sit contra stimulū cal-  
 citrare) incredibili ingratitude nota liuore & petulantia Gafuriū tuum  
 latranter & calumniose inuasisti. **¶** Quem te præceptorē in instituendis  
 ad musicam adolescentibus credent: qui & litteris uacuū & liuidis detra-  
 ctionibus moribusq; impurissimis ac petulantia plenum nouerint? Qua  
 præceptoris tui irrefragabilis eruditione iuuenes ad musicā introducendi  
 proficient: quum adeo obscurum atq; confusum inductorium octo his  
 syllabis psal li tur per uo ces if tas descripserit. Ibi enim minus se-  
 mitonium naturale uaria & dissimili denominatione notatum est: ut hac  
 animaduersione ipse conterritus ac penitentia ductus (eo ommissio) ad

Pythagoras.

Socrates.  
 Plato.  
 Dracon.  
 Metellus.  
 Torquatus  
 Boetius.  
 Guido Areti-  
 nus.  
 Ignatius.  
 Basilius.  
 Hylarius.  
 Ambrosius.  
 Gelasius.  
 Gregorius.  
 Prudentissimi  
 Vates.  
 In Spatariū.

In Rhamin .



diatonicum Guidonis introductorium cui & permixtū genus interduxit quasi chromaticis (falso tamen) condensationibus roboratum redire compulsus sit: ut in practicæ suæ processu apertius perspicitur.

**I**N decima octava & ultima descriptione tua citasti me quod capite tertio quarti libri de harmonia ascripserim terminum extremum Dorio modo in acutum nete sinemenon chordæ cum tetra chordum coniunctarum ulli diastematum figuræ non admittatur. Ibi nos ponimus Netē sinemenon ut chordam extremam quā & Paraneten diezeugmenon nominare possumus cū unum eundemque simul pulsata sonum emittant eodem loco confidentes. Verum ad diatessaron huiusmodi productionem neque tetrachordo coniunctarū opus est neque tetrachordi disiunctarum integritas procedit. imo ea ipsa diatessaron idea competit: quā hypodorius ab assumpta ad lycanon hypaton obseruat sub diapente arithmetice mediatus. Est enim eadem replicata: tono (scilicet disiunctiuo) ac semitono & tono a mese ad paraneten diezeugmenon seu ad neten sinemenon: ut dictum est: siue iuxta Guidonis institutionem ab a la mi re ad d la sol re. Quod si (ut preceptor ille tuus irrefragabilis primo tertii practicæ suæ proposuit) quarta species diapason fiat a lycano hypaton in Paraneten diezeugmenon diuisa per lycanon meson id est procedens secundum Guidonem a D sol re ad d la sol re (mediata scilicet in G sol re ut: per primā diatessaron speciem in graue & quartam diapentes speciem in acutum) Primi ecclesiastici toni autentici (est enim Dorius in quarta ipsa diapason figura confidens) naturalis auctoritas subuerteretur & quod sacra modulatio egre ferret dux ipse tonus in comitē declinaret. Cum autem nonum caput quarti de harmonia attigisti: ubi notatur hypermixolidius modus a Ptholomeo octauus in ordine a mese ad neten hyperboleon cæteris acutior cōsimilibus diastematibus hypodorio correspondens. Afferis Ptholomeū diuersis diastematibus (diapentes scilicet & diatessaron figuris) hypermixolidium ipsum ab hypodorio in pleno quindecim chordarum systemate diatonico differenter cōstruxisse. Id tibi notum esse uelim hypermixolidium ab hypodorio (non formaliter sed solo acumine) integro ipsius hypodorii systemate distare cum solam chordā cōmunē uidelicet mesen possideant. Nam cum unusquisque modus diapason consonantiam seruet. Rursus dia

B. Rhamis,


Guido:

Tonus autē  
ticus in placā  
lem conuertetur.  
Ptholomeus



pafon ipsam septem ideis. s. uariis speciebus (una minus q̄ sint eius uoces) uariari contingat / quæ ultra septem huiusmodi figuras in euentum processerit: quoniam solam chordam cum prima cōmunem habebit non ponitur formaliter ab ipsa differens / sed solo distant ab inuicem acumine: ut clarius expositum est nono ipso capite quarti: Boetii auctoritate tertio decimo quarti musicæ roboratū. Inde hypermixolidius ipse modus q̄ supra mixolidium cōnumeratus sit / tono per totam eius constitutionem ipso mixolidio acutior est / quē & Ptholomeus cæteris modis connumeravit ut a mese ad neten hyperboleon species ipsa diapafon (quanq̄ ordine iterata) cōgrua denominatione notaretur. Neq; hunc putes tonum illum esse quē ecclesiastici octauum & placalem ponunt: cū octauus ipse tonus placalis quartam speciem diapentes in acutum a licano meson ad paraneten diezugenon seu a G sol re ut ad d la sol re compræhendat / & primam diatessaron descendente ab ipsa licano meson in licanō hypaton / seu ab ipsa G sol re ut in D sol re contineat. At hypermixolidius a mese ad neten hyperboleon seu a prima a la mi re ad alteram aala mi re integram possidet constitutionem: ut septimo primi practicæ nostræ post septem annotatas diapafon ideas perlucide descriptum est.

Ptholomeus


 Vm manibus attrectarem duas primas detractorias descriptiones tuas: circa ea quæ nobis in librum hunc de harmonia musicorum instrumentorum ad nonnulla (etiam non necessaria) obiecti diximus respondendum / ac primum ad primam obsignatam Bononiæ die ultima Februarii. 1519. Dicimus Tetrachordum & Quadrichordum indifferenter considerari: nā unūquodq; quattuor cōpræhendit chordas. At tetrachordum antiquissimum Mercurii duabus extremis chordis diapafon cōsonabat atq; ad medias inuicem diatessaron ac tonum quibus diapente respondebant rursus diatessaron his numeris producebant. 6. 8. 9. 12. Inde quattuor ipsarū chordarum hypate / parhypate / paranete / nete. Quattuor elementorum conuenientiæ instar. Prima grauissimum sonum / Secunda minus grauem / Quarta acutissimū / Tertia minus acutum. Verū cum extremæ inuicem diapafon consonarent ac reliquæ secundum propositas proportionem: ut facile reliqua ipsarum quattuor chordarum spatia condensarent uariis terminis superducto plectro ad plenitudi



nem septem discretorum sonorum digitis contrectabant quod & in simplici tritechorda lyra experimēto peruidetur. Nec putes Tetrachordum semper intelligi Diatessaron consonantiam duorum. s. tonorum ac semitonii sesquitertio productam interuallo. Nam unūquodq; spatiū quattuor chordis ductum tetrachordum seu quadrichordum uocitatur. Nāq; tritonus quattuor chordis ductus a parhypate meson ad paramesen & si diatessaron excedat tetrachordum est. ¶ Rursus triplum interuallū harum quattuor chordarū proslambanomenos/hypates meson/meses/ac netes diezeugmenon processu diapason ac diapentem cōsonans est tetrachordum: non tamen sesquitercium. ¶ Tonus item compositus permixti. s. generis cum minore semitonio sibi continuo uti a Proslambanomeno ad parhypaten hypaton est tetrachordum (non tamen sesquitercium neq; diatessaron.) ¶ Ioānes Cocleus noricus Nurimbergensis Phonascus librum quem de musica quadrifariam distinctum scripsit tetrachordū nominat. ¶ Samius lichaon qui octauam chordam musico systemati iniunxit: ipse Pythagoras a plerisque creditur. Verum hæc ipsa historiae non eruditioni ascribi solent.

Ioānes Cocleus.

Samius lichaon

**I**n secūda tua detractoria latratione obsignata Bononiæ die. xxii. Martii. 1519. asseris hoc minus semitonium. 256. ad. 243. illud præcise non esse quod usui euenit in consonantiis noui instrumenti harmonici: sed hoc maius atq; auctius illo esse proportione sesquioctogesima. Id quidem uerum est: nam secundum Ptholomeum ut trigesimoquarto secundi de harmonia aperuimus: duo illa spatia superparticularia. s. sesquigesimūtertium & sesquiquadragesimūquintū loco ipsius minoris semitonii enharmonicè compositi deducta sesquioctogesima eum proportione transcendunt: quod facile percipi potest ex his quæ trigesimo septimo secundi inscripsimus admirantes cōgruentem potentiam sesquioctogesimæ proportionis in cōmunicadis spatiis tum diminutione tum augmento: ut sane compræhenditur in hoc diagramate in quo deposita sunt genera melodica Chromaticum Boetii Seuerini & Chromaticū molle Ptholomei; atq; Enharmonicum utriusq;.

Ptholomeus

Boetius.  
Ptholomeus



	Diatoni cū natura le genus secūdum Pythago rā & Boe tium.	Chroma ticum ge nus Py/ thagoræ secūdum Boetium.	Chroma ticū mol/ le genus secūdum Ptholo/ meum.	Ennar/ monicū genus Pytha/ goræ se/ cundum Boetium	Ennar/ monicum genus se/ cundum Ptholo/ meum.
	rete hypbo.				
to.	panete hyp	tria se.	Sesquialia	ditonus.	Sesquiquarta
	rite hypbo.	se.	Sesq 14		Sesq 23
	rete chezeug	se.	Sesq. 27.	di. di.	Sesq 44
to.	panete che.	tria. se.	Sesquinta.	ditonus	Sesquiquarta
	rite dieze	se.	Sesq 14.		Sesq 23.
	paramese	se.	Sesq. 27	di. di.	Sesq 44.
to	ese.				
to.	lycha. meso.	tria. se.	Sesquinta.	ditonus	Sesquiquarta
	hypa. me.	se.	Sesq 14.		Sesq 23
	hypate me.	se.	Sesq. 27.	die die	Sesq 44.
to.	lycha. hypa.	tria. se.	Sesquinta	ditonus.	Sesquiquarta
	hypa. hy.	se.	Sesq 14		Sesq 23
	hypate. hi.	se	Sesq 27	die 18 die 18	Sesq 44.
to	labano.				



Ptholomeus.

Boetius.  
Ptholomeus.

Volumnius.  
Ioanes Mar  
lianus.

Cato.

**O**ntingit plærūq; hoc semitonium minus .256. ad .243. in frequentatis musicis instrumentis diminui hac proportione sesqui/sexagesimatertia .64. ad .63. ut in generis tonici diatoni depositione Ptholomeus statuit/producing tetrachordū a graui in acutum sesquiuiagesimoseptimo/ac sesquiseptimo/& sesquioctauo interuallis:qd̄ uigesimo nono secundi de harmonia notauimus. ¶ At proportio hæc minoris semitonii .256. ad .243. & si superpartiens est/superparticularitati sesquidecimæ octauæ proximius adhæret:q̄ sesquidecimæ nonæ. Hoc tamen proposito nostro parum conferre uidetur. ¶ Summopere in super cōgruit usui musicorum instrumentorum tetrachordum ipsum diatonicum Boetii/quippe quod Ptholomeus ipse tanq̄ naturale omnium diastematum exordium/a quo cætera genera collabuntur noscitur celebrare:ut uigesimo secundi de harmonia in calce deductum est. Atq; iccirco omnia modulationum genera ex conuersione singulorum in diatonicum ipsum tanq̄ ad principiū unde exorta sunt resoluuntur:ut uigesimo quarto & uigesimo quinto atq; sequētibus secūdi de harmonia aperte demōstramus.

**N**on in super sum immemor q̄ incredibiliter garrulus latraueris/dum asseuerares duplam ac sesquialteram coniunctas sesquiterciam producere hoc ordine .4. .2. .3. statuens duplam .4. ad .2. & sesquialterā .2. ad .3. quod falso arbitrabaris. Nā si .4. ad .2. est dupla:duo ad tria subsesquialteram probant:hinc .4. ad .3. sesquiterciam:nam dupla & sesquialtera faciunt triplam hoc modo .6. .3. .2. sed dupla & subsesquialtera cum hæc minoris sit inæqualitatis illa maioris/sesquiterciam monstrant hoc modo .4. .2. .3. cuius rationem notauimus uigesimo primi de harmonia ubi sic legitur Insuper est cōsiderandū. ¶ Verum si uidisses Volumnii Rodulphi Spoletani disputationem de proportione proportionum quam olim Ioannes Marlianus Mediolanensis Mathematicus atq; philosophus Physicusq; celeberrimus in Ticinensi Gymnasio celeberrime disputauerat atq; descripserat: profecto cecitas ipsa in hunc errorem te non deduxisset.

**P**ostremo cum uilitigatoꝝ ac mistilionū cōplicū tuoz cōtume/lias(imo tuas)petulantiāq; phorrescerē/decreuerā penitus prudentis cōquiescere dictis. Cōtra uerbosofos noli cōtendere uerbis. Verū cum mihi sese obtulerit/tertiadecima descriptio tua quintodecimo octobris trāsacti ob signata penitentia ductus huic ipsi respōdere passus



sum. In ea. n. pponis huic quesito nostro te minime respōsurū. Q uesierā  
 a te si cōsonantia est acuti soni grauisq; mistura suauiter uniformiterq; au  
 ribus accidēs: quomodo fit illa mistura: per cōiunctionē: an per adhæren  
 tiam unius alteri: Rursus in consonantia quis sonus alteri plus conferat  
 acutus graui/ an grauis acuto: & quis duoz; præfferet. Nam tertio decimo  
 problemate partis harmonicæ elucidator Petrus Apponēsis ita pposuit.  
 Q uod habet rationē acuti plærūq; pertrāsit in graue. Et qđ habet rōnem  
 grauis non pmutatur in acutū: quod in pmutationibus generū Seuerinus  
 ipse Boetius a diatonico in chromaticū & in enharmonicū est profecutus  
 ob facilē chordaz; depositionē. Nā facilis descensus auerni/ & integrā ter  
 minoz; pportionē atq; notā cōcinnoz; iterualloz; circinno duce dimeisionē.  
 Verū ibi loquens de sonis Aristoteles dicit grauis sustentat acutū. Inde qđ  
 scriptū sit Maledictus homo qui negligit famā suā: nam & si patior tellis  
 uulnera facta meis/ mōstrū tñ illud horrēdū nō ptimescimus: nā prauisā  
 minus lædere tella solēt. Putat. n. ut ethnici solēt in multiloqo & calūniōsa  
 latratione se peritiorē musicū haberi. Q uis liuor o demens: quæ te petu  
 lātia duxit Caninos iſerre morſus: rabiēq; uenenūq; Infigere & nobis cū  
 te polliceris inique Si supstes eris/ semp moleſte deferri. An nescis belua  
 mōstruosa prudentis sentētia In maliuolā animam sapientiā nō introire?  
 Q uibus nō eueneris ludibrio/ cū ea te nouerint temeritate lapsum ut la  
 bores & uigiliās sustinere fatearis quo Frāchinū doceas a quo fere qcqđ  
 habes duobus ac triginta iam annis didicisti: Liuorē tuum prænōtauerat  
 Hesiodus dicēs Cantor cantorē liuidus odit. Citauerat te ac cōplices tuos  
 (modestos excipio) Diogenēs Synopæus/ nā & si chordas ac uoces cōcini  
 tāti coaptare studeatis incompositos atq; incōcinnos corporis & animi mo  
 tus permutari petulantia nō permittit. Guido Aretinus fatuus cantoribus  
 sui temporis te prænūmerauit. ¶ Scribis insuper Laurentium Gaziū mo  
 nacum Cremonensem in Musicis haud mediocriter eruditū ad te aduen  
 tasse ac de Canone illo pceptoris tui uidelicet. In perfectione minimorum  
 per tria genera canitur meloz; habuisse sermonē. Verū qđ indubitāter cre  
 das Boetiū in musicis iterpretē tantū fuisse nō authorē (salua pace tua ac  
 modestia nostra) falsum arbitraris. Nāq; & iuris consultū atq; philosophū  
 mathematicū oratorē poetam/ astronomū/ musicūq; ætate sua celeberrī  
 mum fuisse infinita pene eius opera declarant. Testatur & eius musicam

Petrus Appo  
nenſis.

Boetius Se  
uerinus.

Vergilius.

Aristoteles.

Salomon.  
Quidius.

Salomon.

Hesiodus.

Diogenes.

Guido.


Laurentius  
Gazius mo  
nacus.

Boetius mu  
ſicus doctissi  
m<sup>9</sup> fuit & om  
nium discipli  
narum erudi  
tissimus.



Cassiodorus  
Theodoricus  
imperator.

eruditione Cassiodorus in epistola Theodorici Imperatoris ad ipsum Boetium tenoris huiusmodi. Cū Rex Francorū conuiuī nostri fama pellectus a nobis citharedū multis precibus expetiisset sola ratione cōplendū esse pmissimus. Quod te eruditionis musicæ peritū esse noueramus. Adiacet enim uobis doctū eligere qui disciplinā ipsam ī arduo collocatā potuistis attingere. Quid.n. illa pstantius quæ cœli machinā sonora dulcedine modulatur & naturæ cōueniētiā ubiq; dispfam uirtutis suæ grā cōpræhēdit? & reliqua. At cantici ipsius pceptoris tui. Tu lumē tu splendor patris qd dū Bononiæ (illat<sup>9</sup> tñ) publice legeret adnotauit tenoris hoc ordie descripti



quarto tertii practicæ suæ enigmatis canonē sic elucidauit. Proponit enim quālibet uoculā per syllabas in lineis & spatiis denotatas sex mēsuras ualere sicuti si esset hoc signū  $\text{C}$  quoniā pausa tēporis in principio ponit: & ideo unaquæq; syllaba unū tempus denotat. Nā canitur ter prima uice notula secūda eleuatur a prima p trihemitoniu: in secunda uice p tonū: & in tertia p semitoniu. Quod si Tenor ipse in pfectione minimorū per tria genera canitur melorū. Quomodo erunt pfectæ minimæ: quæ nusq; tris in partes diuidi solent: nisi intelligi uoluerit in platione pfecta: quæ semibreuem tris in minimas partitur: tuncq; sanius dixisset in pfectione semibreuiū. Præterea quo iure hoc signo  $\text{C}$  notula quæquæ syllabata sex mēsuras obtinebit: cū omnis integra mensura systoles. s. & dyastoles duabus tantū minimis contenta sit siue in maiori platione: ut in tenore nostro Crucifixus etiam pro nobis & primi Agnus dei de Missa lōmearme. Et in tenore Osanna de Missa Illustris princeps atq; in tenore secūdi Agnus dei. Misse le sonuenir quas celeberrimis cantoribus Leonis decimi Pontificis Maximi misimus pernotatū est. Siue etiam in prolatione minori (qd usus docet) nisi subducto hoc canone crescit ī duplo: aut ascripta fuerit pportio subdupla ut in tenore nostro. Quoniā tu solus sanctus de



Missa lōmearme ubi signatur circulus cū puncto pro tēpore pfecto & pfe  
 cta prolatione atq; pportio sub dupla hoc modo  $\odot \frac{1}{2}$  quorū inditiis semi  
 breuis tres minimas cōtinet ac minima quæquæ crescit ad duplum sui ip  
 sius: aut quiuis Canon siue Enigma seu etiā pportio inscripta fuerit. Rur  
 sus pausa tēporis in principio posita nō est signū pfectionis in tēpore sed  
 est figura mēsurabilis i taciturnitate nā signū tēporis pfecti est circulus  
 impfecti uero est semicirculus. ¶ Cū itaq; pcedis diatonice a prima sylla  
 ba ad secundā intēsiue uidelicet a tu ad lu facis semiditonū intēsum: & a  
 lu ad men ecōuerso demissum. Rursus a tu ad splen est diateffaron itēsa  
 & a splen ad dor tonus remissus: atq; a dor ad patris erit itētus tonus. Hoc  
 quidē diatonicū ac naturale genus scdm Boetiū & Guidonē sane pductū  
 est. ¶ Veq; chromatrice cōcinēs pcedis a tu ad lu incōpositi toni iteruallo:  
 q; si in F fa ut esset altera syllaba tonus ipse a tu ad lu cōpositus diceretur  
 ac duobus distinctis semitoniis cantaretur ut asseris: sed hoc quidē falsum  
 est. Nā in quocūq; tetrachordo chromatico duo grauiora semitoniōꝝ spa  
 tia nō integrant tonū ut Seuerinus disponit: qd & nos quidē primo ac se  
 cundo atq; septimo secūdi de harmonia apertius monstrauius. Sed neq;  
 Aristoxenus siue chromaticū molle siue chromaticū sesquialterū seu etiā  
 chromaticū toniæū deduxeris: duo grauiora tetrachordi spatia tono æqua  
 uit. Ptholomeus quoq; duo ipsa spatia grauiora chromatici mollis tono lō  
 geminora cōstituit. Nā chromaticū tetrachordū nullū sustinet tōni p̄cise  
 spatiū duabus tribus ue chordis examussim pductū. Id idē dicis euenire a  
 lu ad men. Ltonū icōpositū dep̄ssum: qd idē est incōueniēs. Nāq; dato uno  
 incōuenienti multa sequunt̄. Verū a tu ad splen nulli dubiū est quin dia  
 tessaron intersit: nā a linea in spatiū utrinq; uel tonus uel semitonū per no  
 tulam uel syllabā describitur discernitur & cantatur: & a splen ad dor fiet  
 trihemitonū demissum: q; si i anteriore. s. diatonica positione fuerit tonus  
 remissus a splen ad dor quomodo trāsmutabitur spatium toni in trihem  
 tonium nisi ipsa syllaba dor uel eius notula fuerit semitonio in graue de  
 posita: Nam immobilis p̄manens nullā præstat spatio uarietate ut ex an  
 notatis libris facile percipitur. Secus autem in musicis instrumentis ubi  
 singula diastemata iuxta proprii generis formā chordas recipiunt & in  
 terualloꝝ dimensiones, ut apud Boetium Architam Didimum Aristoxenum  
 & Ptholomeum cōstat quorū deductiones secundo de harmonia

Diatonicum  
 genus.  
 Boetius.  
 Guido.

Seuerinus.

Aristoxenus.

Ptholomeus

Boetius.  
 Architas.  
 Didimus.  
 Aristoxenus.  
 Ptholomeus



diligēter impressimus. Rursus cū a dor ad patris intēsum trihemitonium  
putes: idem incōueniens non euitabis. ¶ Ennharmonicus autē huius te-  
noris pcessus a te hoc ordine sumitur: nā a tu ad lu fit semitoniū incōposi-  
tum: quia si supra F moraret̄ altera syllaba esset a tu ad lu semitoniū cō-  
positum. s. per diesim & diesim pronunciatū. idēq; a lu ad men erit semito-  
nium incōpositū sed demissum. At cōtra hoc dicimus q; duæ syllabæ duæ  
ue notulæ diuersifonæ sese non cōpatiuntur in F fa ut: neq; i G sol re ut: cū  
sit ibi solus locus sola chorda sonū unicū producens. Inde imutata secunda  
mediarū corda acutior in quouis tetrachordo diuersis generibus nō ascri-  
bitur. Verū a tu ad splen proculdubio itegrū diatessaron diastema men-  
suratur nihil profecto ennharmonicæ densitatis ostēdens. Rursus a splen  
ad dor erit ditoni remissi spatium atq; a dor ad patris præsupponis incōposi-  
tum ditonū intensum. Adiacent itaq; chromaticū & ennharmonicū præ-  
scripto tenori in solo diatonico tetrachordo nullā ppriæ densitatis formā  
demonstrantia. Inde enigma & Canonē ipsum Bartholomæus præceptor  
tuus quē imitaris non sane disposuit: neq; ipsorum generum spissorū for-  
malem naturā intellexit. Dicis quæso quo pcedis diatonice tetrachordo  
ad huiusmodi tenoris considerationē? Molli diatono an intento an tonico  
diatono siue diatono diatonico? Rursus quo chromatice? chromatico  
molli? an icitato? Quo ue ennharmonicæ? Ennharmonicō Pythagorico  
s. Boetii? an Ptholomei? pfecto uideris Pythagoricos ac Boetiū sequi.  
Nunquid Ptolomeum spernis? a quo (ut asseris) Rhamis tuus nouū siste-  
ma harmonicū accepit. Turpe. n. mihi putauit Lectores optimi in musicis  
cū nebulone differere. Quādo quidē ea execranda rabie in theoricā musi-  
ces ita debacatus sit: ut eā practicis cantoribus perinde ac uitium obiiciat.  
Quid est o caput etheroclitū q; cantoribus nō suadeas lras nō cōgruere?  
ac ispos moribus pbatos esse nō decere? Id. n. prædicat Aristoteles primo  
methaphysicæ: q; omnes homines natura scire desiderant. Propterea la-  
bores nostros assiduo studio comparatos quotquot in musicam discipli-  
nam contuli abs te aboleri non iniuria passus sum. Cōminaris mihi ho-  
mo leuissime detractorias has larrationes tuas esse a calcographis cu-  
dendas. Nihil profecto aliud postulant liuor calumnia & petulantia tua  
q̄ quales quātæq; in te homine impuro fuerint cunctis gētibus declarari.  
Nēpe (quod hætenus non perpendi) a demone cruciari facile crederis.

Barhamis.

Aristoteles.



David Saulem a spiritu immundo arte modulationis liberū restituit. Verum clarissimi modulatores Bononienses oppressioni tuæ huiusmodi steriles concinunt modulationes. Nec tamen putent Musicæ disciplinæ vires atq; potentias defecisse: cū Musica ipsa operari non possit Aristotelis sententia in patiente male disposito. Quod si Asclepiades q; freneticos symphonia curabat aduenisset dementiam tuam reprimere nō posset. Assueuimus nos (quod impudenter asseris) oculos tenebris (arte quidē) quo. s. authorū libros in tenebris sepultos studio ac diligentia nostra in lucē educeremus. Tibi autem quem natura ipsa malignum prænouerat: uisuiam potentiam & forte auditum integrum non admisit. Nāq; tritto adagio a signatis cauendū esse docemur. Itaq; mētē tuā taciturnitas profecto sanius accurasset quæ ab amico potissimū queri solet: ut Terentianus ille Simo in Sofia optabat fidem. s. & taciturnitatem. Nā proximus ille deo est qui scit ratione tacere. Salomon quoq; in prouerbis: Fidelis spiritu celat uerbū. Nobis profecto de te scribēdi occasionem præbuiti qui famæ nostræ incredibili liuore niteris insidiari. Sed neq; hæc nos scripsisse putes q; in libros nostros liuide & petulanter insurrexeris quippe qui dementiam tuam paruifacimus. Cum opera nostra sana sint si sane intelligantur & sententiæ nostræ rectæ nisi peruertantur. Quo fit: ut & si incōcessa rabie torquearis: Harmonia Gasurii & Ioannes Grolierius patronus æternum uiuant.

David.

Aristoteles.  
Asclepiades.

Terentius

Cato.  
Salomon.



Impressum Taurini per magistrum Augustinum de Vi comercato, Anno domini. M. D. XX. die. xx. Aprilis.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its low contrast and the age of the paper.



Faint text, likely bleed-through from the reverse side, located below the emblem. The text is illegible due to its low contrast and the age of the paper.